de seruis n̄ suscipiendis in monasteriū pter uoluntatē & cōsensū dominor(um).

de monachis & monialib; si se miscuerint · eiciendis & incarcerandis.

XXIIII. Ex c̄ Aretensi cap IIII

Placuit in monasteriis non esse seruum suscipiendū ad monachū faciendū · pter ppriū domini uoluntatē · qui uero hoc cōstitutū nr̄m excesserit · cum a cōmunione suspendi decreuimus · ne nom̄ dn̄i plasphemetur.

De illo qui seruū alienū religionis doc& contempnere dn̄m suum

Ex c̄ Braccarensi cap XLII XXV.

Siquis seruū alienū causa religionis docet cōtēpnere dominū suū · & recedere ab eius seruitio · durissime in omnibus arguatur · & ad poenitentiā compellatur.

De fugitiuis clericis. Ex decret̄ Leonis pp̄ XXVI.

Fugitiuū uero clericū aut monachū deserentē disciplinā uidut cōtēptorē placuit reuocare.

De secularibus si se semel p religionem tonderint & post laici efficiuntur. Ex c̄ Tholetano cap LV XXVII.

Quicūq; de secularibus accipientes poenitentiā se totonder̄ & rursus puaricantes laici effecti sunt · cōphensi ab ep̄o suo ad poenitentiā ex qua recesserunt reuocentur. Quod si aliqui p potentiā inreuocabiles sunt · nec ad monasteriū reuerti uolunt · uere ita posita ...

... tae anathematis sententiae subiciantur. Quę forma seruatur & iā in uiduis · uirginib; q; sacris · ac poenitentib; feminis quę scimoniale habitū induerunt · & postea aut uestē mutauer̄ aut in nuptias transierunt.

Vt seruus in monasteriū non recipiatur nesciente dn̄o suo. Ex c̄ Calcidonensi cap IIII XXVIII.

Nullū uero monachū in monasteriū recipere seruū pter domini sui cōscientiā lic&.

De monachis & monachab; q sine sacrilega contagione miscuerint. Ex epl̄a Siricii pp̄ cap VI XXVIIII.

Inpudicas detestabilesq; psonas monachorū scilic& atq; monacharū · quę abiecto pposito sc̄itatis · illicita ac sacrilega cōtagione miscuer̄ se · & in abruptū cōscientię desperatione pducte de illicitis cōplexib; filios procrearunt · a monasteriorū cętu · ęcclesiarūq; cōuentibus eliminandas ēē mandamus · quatenus retruse in suis ergastulis · tantū facinus cōtinua lamentatione deflentes · purificatorio possint igne decoqui · poenitudinis · ut eis tā ad mortē solius saltim miseriordia p cōmunionis grām possit subueniri.

© Universitätsbibliothek Freiburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubfr_hs7/0304